Belli Crecentis (Beaucroiſant, ideſt Parmeniæ) inter Tullinum, & Domum Sylvæ Benedictæ ſita, penitus iam ſublata eſt.

LXXII.

Domus de Boſaco. De ea, nec conſtat de fundationis anno, nec quomodo ab Ordine perierit. *Aquitaniæ.*

LXXIII.

Domus Permagine. De hac itidem, nec de erectionis anno, nec quomodo perierit ab Ordine conſtat. P. D. Petrus Dorlandus in Chronic. Cartuſiano *lib.* 5. *cap.* 4. *fol.* 270. vult fuiſſe Monialium. *Burgundiæ.*

LXXIV.

Domus Portus Salutis Sancti Andreæ, in Hollandia, fundata fuit, & erecta apud Anſtelredamum, Iam non manet. *Teutoniæ.*

LXXV.

Domus Vallis Sancti Mauricij in G.rio, in Sclavonia, ſex leucis à Cilleo verſus Orientem, & duabus à Rain diſtans, hodie à Patribus Ieſuitis poſsidetur. *Alemaniæ ſuperioris.*

LXXVI.

Domus Sãctæ Elizabeth apud Ilenacum in Thuringia, primordia ſua debet Cartuſiæ Erfordienſi. Nunc destructa, ſi quod illius manet veſtigium, à Lutherianis detinetur: Vide Aubertum Miræum in Catalogo Cartuſiarum, *fol.* 50. *Alemaniæ inferioris.*

LXXVII.

Domus Gratiæ Dei prope Stetin in Pomeriana, ad fluviũ Oderã ſita, diſtat à mari Baltico duobus milliaribus, & à Gartz, & Griffenhagen quatuor milliaribus: tempore hæreſis in arcem Oderburg dictam commutata, iã à Suevis deſtructa eſt. *Rheni, & Saxoniæ.*